

ejus in sulphur: & erit terra ejus in picem ardentem. Hoc vi-

33. Et possidebunt illam onocrotalus, & cricetus: ibis, & corvus habitabunt in ea. Et occurrent demonia onocrotauris, & pilosus clamabit alter ad alterum. q. d. Ita desolabitur Idumea, ut si habitaculum, non hominum, sed demonum, & ferarum. *Verf. 11. & 14.*

34. Latabitur deserta, & in via, & exultabit solitudo, & florebit quasi lilium; germinans germinabit, & exultabit latibunda, & laudans: gloria Libani data est ei; decor Carmeli, & Saron. Ipsi videbunt gloriam Domini, & decorem Dei nostri. Hac solitudo hieroglyphicum est gentilitatis, quae viso, & audito Christo, ejusque Apostolis, proluit lilia castitatis, & germina virtutum omnium. *Cap. 35. 1. Unde subdit: Verf. 5.* Tunc aperientur oculi caecorum, & aures furdorum patebunt. Tunc saliet sicut cervus claudus, & aperta erit lingua mutorum. In cubilibus, in quibus prius dracones habitabant, orietur viror calami, & juncei. Et erit ibi femina, & via, & via sancta vocabitur: non transibit per eam pollutus. Et redempti a Domino convertentur, & venient in Sion cum laude, & letitia sempiterna super caput eorum.

35. Hoc tibi erit signum sanitatis recuperandae: Ecce ego reverti faciam umbram linearum, per quas descendit in horologio Achaz in sole, retrorsum decem lineis. Regressus ergo hic umbrae, & solis fuit hieroglyphicum regressus sanitatis, anorum, & vite. *Execheie regis. Cap. 38. 7.*

36. Vox clamantis in deserto: Parate viam Domini, rectas facite in solitudine semitas Dei nostri. Omnis vallis exaltabitur, & omnis mons, & collis humiliabitur: & erunt prava in directa, & aspera in vias planas. Hac vox fuit hieroglyphicum S. Joannis Baptistae, cujus concio, vilis, vestitus, totaque vita non fuit aliud, quam contenta, & continua vox penitentiae, & contemptus mundi preparans homines ad gratiam, & salutem accipiendam a Messia. *Cap. 40. 3.*

37. Vox dicentis, Clama: & dixi, Quid clamabo? cui respondet Deus, Clama: Omnis caro fennum, & omnis gloria ejus quasi flos agri. Exsiccatum est fennum, & cecidit flos: verbum autem Domini nostri manet in aeternum. Super montem excelsum ascendit tu, qui evangelizas Sion, exalta in fortitudine vocem tuam, dic, &c. Ecce Deus vestit: Ecce Dominus Deus in fortitudine venit, & brachium ejus dominabit. *Verf. 6. 1.*

38. Aperiam in supinis collibus flumina, & in medio camporum fontes: ponam desertum in stagna aquarum, & terram in viam in rivis aquarum. Dabo in solitudinem cedrum, & spinam, & myrtum, & lignum olivae: ponam in deserto abietem, ulmum, & buxum simul; ut videant, & sciant, & recogitent, & intelligant pariter, quia manus Domini fecit hoc, & sanctus Israel creavit illum. Omnes haec arbores, & flumina sunt hieroglyphicum virorum, & copia gratiarum, & virtutum, quae per Christum in solitudine Gentium succreverunt. *Cap. 41. 18.*

39. Ecce servus meus, suscipiam eum: electus meus complacuit sibi in illo anima mea: dedi spiritum meum super eum. Hic servus hieroglyphicum est Christi, unde de eo subdit: *Cap. 42. 1.*

40. Non clamabit, nec accipiet personam, nec audietur vox ejus foris: calamus quassatus non conteret, & lignum fumigans non extinguet. q. d. Christus erit tam mansuetus, & patient, ut infirmos in fide, & caritate non abiciat, sed sustentet, fovet, sanat, & accendat. *Verf. 2. & 3.*

D Dedit te in foedus populi, ut concederes, & sancires novum testamentum, sive novum foedus inter Christianos, & Deum; in lucem Gentium; ut aperires oculos caecorum, & educeres de conclusione vincium, de domo carceris sedentes in tenebris. *Verf. 6.*

41. Sublevetur desertum, & civitates ejus: in domibus habitabit Cedar. Laudate habitatores Petrae: de vertice montium clamabunt. Desertum hoc est symbolum gentilitatis, quam desertam, & barbaram excoluit, & circumavit Christus, & Gentiles Cedarum autem triumpans. Sionida, & populus ejus sunt Christiani, puta sancti Martyres, &c. *Cap. 51. 16.*

42. Qui dico profundo: Desolare, dico, id est facio, & ipsa desolo. Dei enim dicere est efficere, idemque quod

facere: unde explicans subdit: Et flumina tua arefaciam. *Cap. 44. 27.*

Qui dico Cyro, Pastor meus. q. d. Qui constituit Cyrum regem, ut quasi pastor regat populum meum, & inque in patriam reducat.

Qui dico Jerusalem, Adificaberis, & templo. Fundabuntis, quasi dicas Ego sum, qui Jerusalem per Zorobabel reaedificabo, & templum concrematum a Chaldeis restaurabo.

43. Rorate caeli desuper, & nubes pluant justum: aperiantur terra, & germinet Salvatorem. Nubes, & germina sunt hieroglyphicum Christi nascentis ex Virgine: sicut enim nubes a caelo, & germina a terra virgine procedunt; sic B. Virgo concepit Christum non ex viro sed obubillante, & obumbrante eam Spiritu S. a caelo. *Cap. 45. 8.*

44. Vocans ab Oriente avem, & de terra longinqua virum voluntatis meae. Avis symbolum est Cyri, qui Deo vocatus est celeriter a Persae adolevit contra Babylonem, & eversa inde Judaeos iuxta Dei voluntatem liberavit: unde vocatur vir voluntatis Dei. *Cap. 46. 11.*

45. Descende sed, in pulvere, virgo filia Babylon: tolle molam, & mole farinam: denuda turpitudinem tuam, discoperi humerum, revela crura, transi flumina. Hac omnia sunt hieroglyphica captivitatis, & servitutis, quasi dicat. O Babylon, rerum domina, descende de solio tuo regali, ad terram prosterneris, quasi ancilla feminula incedes, damnata ad prosternum. *Cap. 47. 1. unde subdit. Venient tibi duo haec subito in die una, sterilitas, & viduitas. Verf. 9.*

46. Posuit os meum quasi gladium acutum: in umbra manus suae protexit me, & posuit me sicut sagittam electam: in pharetra sua abscondit me. *Cap. 49. 2. Gladius, quo cernimus pugnatur, & sagitta, qua eminus, significant efficaciam praedicationis Christi, qua & Judaeos vicinos, & remotas gentes sibi subiegit, unde ait Verf. 6. Parum est, ut sis mihi servus ad succitandas tribus Jacob, & haec Israecl convertendas: ecce dedi te in lucem Gentium, ut sis salus mea usque ad extremum terrae.*

47. Quis est hic liber repudii matris vestrae, qui dimisit eam? aut qui est creditor meus, cui vendidi vos? Liber repudii hieroglyphicum est repudii Synagoga, creditur diaboli, quasi dicat. Ego prior non repudii Synagogam, nec reprobaui Judaeos, nec tradidi eos diabolo; sed ipsi sponte sua hoc repudium petierunt, immo a me invito extorsere, atque per scelera sua tradiderunt ipsi se diabolo. Unde sequitur: Ecce in iniquitatis vestris vendidi estis, & in sceleribus vestris dimisi matrem vestram. *Cap. 50. 2.*

48. Induam calos tenebris, & saccum ponam operimentum eorum. q. d. Induam calos tenebrosos, & atrum, id est, lugubrem habitum faciam eos legere: saccum enim, & pulla vestis sunt symbola ludus. *Verf. 3.*

49. Dominus Deus aperuit mihi aurem, id est, docuit me, revelavit, & indicavit mihi suam voluntatem, unde esse subdit Christus subdit. Ego autem non contradico, retrorsum non abii. Corpus meum dedi percutientibus, & genas meas vellentibus: faciem meam non averti ab increpantibus, & conspuentibus in me. Dominus Deus auxiliator meus, ideo non sum confusus: ideo posui faciem meam ut petram durissimam. *Verf. 5.*

50. Posui verba mea in ore tuo (d. Christe) & in umbra manus meae protexit te, ut plantes oculos, & fundes terram, & dicas ad Sion: Populus meus es tu. Novicelli, & terra, quae Christus condidit, est Ecclesia, tam militans quam triumphantis. Sionida, & populus ejus sunt Christiani, puta sancti Martyres, &c. *Cap. 51. 16.*

51. Construge Jerusalem, quae bibisti de manu Domini calicem irae ejus: usque ad fundum calicis saporis bibisti, & potasti usque ad faeces. *Verf. 17. Calix significat mensuram poenae mensurae culpae commensurata, & adaequantur, & unde subdit. Verf. 19.*

Duo sunt, quae occurrunt tibi, quis contristabitur super te? vastitas, & contritio, & fames, & gladius, quis consolabitur tibi? sibi tui projecti funt, dormierunt in capite omnium viarum, sicut oryx illaqueatus. Idcirco audi hoc paupercula, & ebria non vino. Ecce tuli de manu tua calicem saporis, & c. & ponam illum in manu eorum, qui te humiliaverunt, & dixerunt animae tuae, Incurvare, ut transecamus.

52. Indue-

52. Indueret vestimentis glorie tuae, Jerusalem civitas sancta: qui non abiciet ultra, ut pertranseat per te, in circumciliis, & impundus. Excute de pulvere, concinge, sede, Jerusalem: solve vincula colli tui, captiva filia Sion. Quia haec dicit Dominus: Gratis venundasti ellis, & sine argento redimemini Jerusalem hieroglyphicum est Ecclesiae, quam Deus gratis per meritum Christi liberavit a fetu servitutis, qua quasi mancipium serviebat Chaldeis, id est, peccato, & demoni, eamque transfudit in libertatem, gloriam, & regnum filii dilectionis suae. *Cap. 52. 1.*

53. Quam pulchri super monte pedes annunciantis, & praedicantis pacem, annunciantis bonum, & praedicantis salutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus! *Verf. 7. H. pedes sunt symbolum Apostolorum toto orbe discurrentium, & evangelizantium regnum Dei. Verf. 10. Et videbunt omnes fines terrae salutem Dei nostri.*

54. Et ascendit sicut virgulum coram eo, & sicut radix de terra siccum. Non est species ei, neque decor: & vidimus eum, & non erat aspectus, & desideravimus eum despectum, & novissimum vitorum, virum dolorum, & scientem infirmitatem. Hoc est hieroglyphicum, immo viva imago Christi, in virgulto crucis crucifixi, & deformati, *Cap. 53. 2.*

55. Lauda sterilis, quae non parit, decanta laudem. & hinni, qui non paritibus: quoniam multo filii deserta magis, quam ejus, quae habet virum, dicit Dominus. Vidua, & sterilis pariens hieroglyphicum est Ecclesiae Gentium: conjugata, & habens virum, Synagoga Judaeorum, cujus maritus erat Iex. Sed Christus viduam sibi desponsit, eamque fecundam effecit, ut plures Deo pareret filios quam Synagoga, antea Deo conjugata, & capulata. Unde explicans subdit, Dilata (d. Ecclesia olim vidua) locum tentorii tui. &c. ad dexteram enim, & ad levam petretrabis, & semen tuum Gentes hereditabit. *Cap. 54. 1. Vide ad Gal. 4. 27.*

56. Funda haec in saphiris, & ponam in jaspidem propugnacula tua? & portas tuas in lapides sculptos, & omnes terminos tuos in lapides desiderabiles. Sappirus symbolum est caelestis conservationis: jaspis fortitudinis: lapides sculpti, mortificationis: & charitatis: lapides desiderabiles insignium virtutum, & gratiarum Ecclesiae, & fidelium. Unde explicans subdit: Univeros filios tuos docetos a Domino, &c. in iustitia fundaberis, &c. *Verf. 12.*

57. Omnes sitientes venite ad aquas, & qui non habetis argentum, prope, emite, & comedite, venite, emite absque argento, & absque ulla commutatione vinum, & lac. Aqua, vinum, & lac sunt symbolum doctrinae Evangelicae, qua Christus animas suorum cibavit, &c. Ecce testem populus dedit eum, duccem, ac praecceptorem Gentibus.

58. In latitia egrediemini a captivitate, non tam Babylonis, quam demonis, & peccati. In pace deducemini: montes & colles cantabunt coram vobis laudem, & omnia ligna regionis plaudent manu. q. d. Tanta erit fidelium, orbisque laetitia sub Christo, ut montes jubilate, & arbores eis applaudere videantur. *Verf. 12.*

59. Et non dicat Eunuchus: Ecce ego lignum aridum, &c. Dabo eis in domo mea, & in muris meis locum, & nomen melius a filiis, & filiabus, nomen sempiternum. Hic eunuchus sunt symbolum virginum, qui se castraverunt propter regnum caelorum: hic enim eos habebunt locum separatam, & gloriam, & nomen aeternum. *Cap. 56. 3.*

60. Haec dicit Excelsus, & sublimis, habitans aeternitatem, & sanctum nomen ejus in excello, & in sancto habitans, & cum contrito, & humili spiritu, ut vivificet spiritum humilium, & vivificet cor contritorum. Hoc est hieroglyphicum Dei, qui est excelsus, rex saeculorum, rex aeternitatis, & tamen humilia respicit, & alta de longe cognoscit. *Cap. 57. 15.*

61. Cum effuderis elurient animam tuam, & animam afflictam repleveris; Primò, orietur in tenebris lux tua, Secundo, requiem dabit tibi Dominus semper; Tertio, implebit splendore animam tuam; Quarto, ossa tua liberabit; Quinto, eris quasi hortus irriguus, & sicut fons aquarum, cujus non deficient aquae; Sexto, aedificabunt in te deserta saeculorum: fundamenta generationis, & generationis suscitabis; Septimo, vocaberis aedificator. *L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.*

62. Si averteris a sabbato pedem tuum, facere voluntatem tuam in die sancto meo. q. d. Si sabbata, & festa rite colas, quiescendo non tantum ab opere, sed & a sequenda tua voluntate, ejusque cupidinis, ut ejus loco meam unius expleas voluntatem, acque hac ratione vocaberis sabbatum delicatum, & sanctum Domini gloriosum, &c. tunc delectaberis super Domino, & sultollam te super altitudines terrae, & cibabo te hereditate Jacob, tui. q. d. Tunc Deus delicias tibi divinas praebet, ac te majorem terra patris efficit, ut in celo consistens, Deoque unius despicias totum hoc terrae punctum: ibi enim longe majori, & meliori hereditate, Jacobo, & Abraba, ejusque semini promissa, cibabit te. *Verf. 12.*

63. Indutus est (Deus) iustitia, ut lorica, & galea salutis in capite ejus: indutus est vestimentis ultionis, & operatus est quasi pallio zeli. Est hoc hieroglyphicum, & panoplia Dei, procedentis ad duellum contra demonom, & peccatum, ut ea per Christum debellet. Ergo Deo lorica est iustitia, galea salus, vestes ultio, pallium zelus. *F. Cap. 59. 17.*

64. Hoc foedus meum cum eis, dicit Dominus foedus scilicet novum, quo per Christum contracti nobis sumus spiritum, & salutem: Spiritus meus, qui est in te, & verba mea, quae posui in ore tuo, non recedent de ore seminis tui, & c. ambo & usque in sempiternum. *Verf. 2.*

65. Surge, illumine, Jerusalem: quia venit lumentuum, & gloria Domini super te orta, est. Et ambulabunt Gentes in lumine tuo, & reges in splendore ortus tui. Inundatio camelorum operiet te, dromedarii Madian, & Ephra: omnes de Saba venient, aurum, & thus deferentes, & laudem Domino annunciantes. *Cap. 60. 1. Et hieroglyphicum Ecclesiae, cui tres Magi, alique principes, & populi, suaeque dona, & bona obulerunt. Unde subdit: Verf. 14. Et venient ad te curvi filii eorum, qui humiliaverunt, & adorabunt vestigia pedum tuorum omnes, qui detrahebant tibi, & vocabunt te civitatem Domini Sion sancti Israecl. Ponom te in superbiam saeculorum, gaudium in generationem, & generationem, & fuges lac gentium, & mamilla regum lactaberis.*

66. Non erit amplius sol ad lucendum per diem, nec splendor lunae illuminabit te (d. Ecclesia lux militans, tum magistrum triumphans) sed erit tibi Dominus in lucem sempiternam, & Deus tuus in gloriam. *Verf. 19.*

67. Spiritus Domini super me, eo quod unxit Dominus me (Christum) &c. ut predicarem annum placabilem Domino, quia tempus gratiae, salutis, & Christianismi: hic enim est jugis & continuus nobis annus jubilei: & darem eis coronam pro cinere, & oleum gaudii pro luctu, pallium laudis pro spiritu meroris: vocabuntur in ea fortes iustitiae: plantatio Domini ad glorificandum. Hi sunt fideles Christiani: hi enim sunt milites fortes pro iustitia decertantes, & arbores fructiferae plantatae a Domino, eumque glorificantes. *Cap. 61. 1.*

68. Gaudens gaudebo in Domino, & exultabit anima mea in Deo meo: quia induit me in vestimentis salutis, & indumento iustitiae circumdedit me quasi sponsum decoratum corona, & quasi sponfam ornatum milibus suis. Haec sunt symbola ornatus sponse Christi, pura Ecclesiae, Hae non auro, non bysso, non gemmis, sed fide, spe, caritate, patientia, fortitudine, aliisque Dei donis, & virtutibus ornatur. *Verf. 10.*

69. Eris corona gloriae in manu Domini, & diadema regni in manu Dei tui. Non vocaberis ultra derelicta, &c. sed vocaberis, Voluntas mea in ea. Corona gloriae, & diadema Dei Est Ecclesia, fidelis, sancta, & innocens, quae est in manu, id est in cura, & tutela Dei. *Cap. 62. 6.*

Super muros tuos constituti custodes: tota die, & nocte in perpetuum non tacebunt. Hi hostes sunt Ecclesiae pastores, & item sancti Angeli. *Verf. 6.*

Et vocabunt eos (fideles, Ecclesia, Christianique filios) Populus sanctus, redempti a Domino: tu autem (d. Ecclesia) vocaberis, Qualitas civitas, & non Derelicta. *Verf. 12.*

70. Ecce ego creo caelos novos, & terram novam, puta A Ecclesiam. Unde de ea subdit: Ecce ego creo Jerusalem exultationem, & populum eius gaudium. Et exultabo in Jerusalem, & gaudebo in populo meo, & non audietur ultra in co vox fletus. Cap. 65. 18.

71. Et erit mensis Heb. neomenia. ex mense, & sabbatum ex sabbato. q. d. in colo erit continuum, & perpetuum festum, ac letitia. Cap. 66. 23.

* HIEROGLYPHICA, ET SYMBOLA

SACRA EX EZECHIELE COLLECTA,

ORDINE DIGESTA, ET BREVITER

explicata.

1. Et vidi, & ecce ventus turbinis veniebat ex aquilone, & nubes magna, & ignis involvens, & splendor in circuitu eius quasi speciei electri. Est toto hoc capite Hieroglyphicum curus Cherubici, qui est symbolum maiestatis, fortitudinis, & gloria Dei properantis ad bellum; & excidium Iudaorum, & aliarumque gentium. Turbo ergo symbolum est ira, item tempestatis, & cladis Iudae a Deo immittentis, nubes significat densa castra Chaldaeorum, ignis involvens, mox futurum urbis, & templi incendium. Cap. 1. v. 3.

2. Et in medio similitudo quatuor animalium: quatuor facies uni, & quatuor pennae uni: pedes eorum pedes retili, & planta eorum quasi planta pedis vituli, & scintilla quasi aspectus aris candentis. Quatuor animalia representant quatuor Cherubinos, id est principes Angelos, qui sunt quasi stipatores Dei, unde & quatuor ejus insignia gestant, de quibus subdit. Vers. 5.

Similitudo autem vultus eorum: facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor: facies autem bovis à sinistris ipsorum quatuor: & facies aquilae desuper ipsorum quatuor: Facies hominis insigne est representans Dei bonitatem, & mansuetudinem: facies leonis representat Dei fortitudinem: facies aquilae, ejusdem sapientiam, & providentiam, bovis ejusdem iustitiam, religionem, & cultum, Alleg. Homo representat Christi incarnationem, boi immolationem, Leo resurrectionem, aquila ascensionem, in caelum. Vers. 10.

Ubi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur, nec revertentur, cum ambularent. Et animalia ibant, & revertentur in similitudinem fulguris coruscantis. Significatur hoc symbolo Angelos esse agilissimos, & promptissimos ad omnem Dei nutum. Vers. 12.

3. Cumque aspicerem animalia, apparuit rota una super terram juxta animalia, habens quatuor facies, & quasi sit rota in medio rotae, per quatuor partes eorum euntes ibant, & eorum corpus oculis plenum, cumque ambularent animalia, ambulabant pariter & rote. Spiritus enim vita erat in rotis. Rote haec significant Dei aeternitatem, efficacitatem, vigilantiam, & celeritatem in operando, puta in mundi Ecclesiae gubernatione. Vers. 15. & 19.

4. Et similitudo super capita animalium firmamenti, quasi aspectus crystalli horribilis. Et super firmamentum quasi aspectus lapidis sapphiri similitudo throni, & super similitudinem throni similitudo quasi aspectus hominis desuper. Vers. 22.

5. Et vidi quasi speciem electri, velut aspectum ignis intrinsecus ejus per circuitum à lumbis ejus, & desuper: & à lumbis ejus usque deorsum vidi quasi speciem ignis splendentis in circuitu: velut aspectum arcus, cum fuerit in nube in die pluviae. Firmamentum significat caelum empyreum, quod est quasi scabellum Dei. Thronus significat, Primum maiestatem, & celsitudinem: Secundum regiam dignitatem: Tertium, iudicariam potestatem. In hoc solio visus est sedere Deus specie humana, habens quasi corpus superne ex electo, sive auribaleo, inferni ex igne, puta habens pedes ignitas. Electrum significat presbiterium Deiatis: pedes igni, iram, & vindictam in Iudaeos, alioque ejus hostes. Iis in ejus circuitu significat elementum, quae temperat ejus iram, & vindictam. Vers. 27.

6. Et ecce manus mihi ad me, in qua erat involutus liber, & expandit illum coram me; & qui erat scriptus intus, & foris, & scripta erant in eo lamenta-

tiones, & carmen, & vix Liber hic consuebat, minas Dei, & clades Iudaeos imminentes, quas Ezechiel in hac sua Epiphetia conscripsit.

Fili hominis, comede volumen istud. Et aperui os meum, & cibavit me volumine illo. Et comedi illud, & factum est in ore meo sicut mel dulce: Quia cognoscere consilia, & iudicia Dei, Propetia erat dulce, & jucundum: ubi per ea dira suis intentari cognovit, eaque ruminavit, amaricitas est venter ejus, indoluit & ingemuit. Cap. 2. vers. 1.

6. Et tu Fili hominis, ecce data sunt super te vincula, & ligabunt te in eis. Et linguam tuam adhaerere faciam palato tuo, & eris mutus, nec quasi vir objurgans: quia domus exasperans est: cum autem locutus fuero tibi, aperiam os tuum. Ligavit Deus manus, & linguam Ezechielis ad tempus, ut hoc silentio quasi percussus, & obstupescens commoveret dura Iudaeorum corda. Inde enim coniceret debebant, cum minus, & horrenda audisset à Deo, ac proinde iis credere, similitque metu, & horrore percelli, ac vitam mutare. Ibidem.

7. Fili hominis fume tibi laterem, & desibes in eo civitatem Jerusalem. Et ordinabis adversus eam obfidionem, munitiones, castra: & ponas arctes in gyro. Et tu fume tibi fatraginem ferream, & ponas eam in murum ferreum inter te, & civitatem, & obfidinabis faciem tuam ad eam. Et tu dormies super latus tuum sinistrum, & ponas iniquitates domus Iisrael super eo numero dierum, quibus dormies super illud. Ego autem dedi tibi annos iniquitatis eorum, dierum trecentos, & nonaginta dies. Et cum compleveris haec, dormies super latus tuum dextrum, & assumes iniquitatem domus Juda quadraginta dies, diem pro anno dedi tibi. Cibus autem tuus, quo vesceris, erit in pondere viginti stateres in die. Et aquam in mensuram bibes, sextam partem huius. Et quasi subcinericium hordeaceum comedes, illud & stercore, quod egredietur de homine, operies in oculis eorum. Et dixit Dominus: sic comedet filius Iisrael panem suum pollutum inter gentes, ad quas eiciam eos. Et dixi, A, a, a, Domine, Deus ab infantia usque nunc non est ingressa in os meum coram immunda. Et dixit ad me: Ecce dedi tibi fimum bouum pro stercorebus humanis, & facies panem tuum in eo.

Hoc hieroglyphico ad vivum representavit Ezechiel Hierosolyma per Chaldaeos obfidionem, & excidium. Nam 390 diebus decubens in latus sinistrum representavit urbem obfidionem (ea enim totidem diebus duravit) 40. vero diebus decubens in latus dextrum, representavit eundem excidium. Unde comedens fimum bouum representavit tantam fore in obfidione famem, ut stercorea comedant. Hoc enim est, quod explicans Deus ait, Vers. 16. Ecce ego conteram baculum panis in Hierosolyma, & comedent panem in pondere, & in solitudine, & aquam in mensura, & angustia bibent. Cap. 4. vers. 1.

8. Fili hominis, fume tibi gladium (novaculam) acutum radentem pilos, & duces per caput tuum, & per barbam tuam: & assumes tibi lateram ponderis, & divides eos. Tertiam partem igni combures: tertiam partem occides gladio, tertiam vero aliam disperges in ventum. Novacula Dei fuit Nabuchodonosor: hic rasi barbam, id est principes, & sacerdotes, & pilos, id est, populum Iudaorum. Unde una pars eorum peste, secunda gladio interit tertium capta, & dispersa in Babylone. Hinc explicans subdit. v. 12. Tertia pars tui peste morietur, & fame, & tertia pars tui in gladio cadet: tertiam vero partem tuam in omnem ventum dispergam, & gladium evaginabo post eos. Porro de reliquis eladem evadent, addit. Et fumes inde parvum numerum, & ligabis eos in summitate pallii tui. Et ex eis rursus molles, & proicies eos in medio ignis, & combures eos igni: & ex eo egredietur ignis in omnem domum Iisrael. Hi sunt Iudaei, qui post reditum à Babylone obnoxia peccata, ab Antiocho Epiphanie instar ignis grassante, & postea à Tito occisi sunt. Cap. 5. v. 1.

9. Et emissa similitudo manus apprehendit me in cinctio capitis mei, & elevavit me Spiritus inter terram, & caelum, & adduxit me in Jerusalem in visione Dei iuxta ostium interius, quod respiciebat ad Aquilonem, ubi erat statutum idolum Zeli ad provocandam emulationem. Ezechiel in Babylone degens inde Spiritu rapitur in Jerusalem, ut videat idololatram, & abominationes, quas Iudaei faciebant in templo. Porro vocatur idolum Zeli: quia Deum provocabat ab Zelum, & emulationem. Deus enim Zelotes non patitur alium Deum, & praesertim in suo templo collocari, & coli, unde indignans subdit: Fili

Fili hominis, & adhuc convectus videbis abominationes A majores: & ecce ibi mulieres sedebant plangentes Adonidem. Cap. 8. v. 10. 14. & 16.

20. Ecce sex viri veniebant, & uniuersique vas interius in manu ejus. Vir quoque unus in medio eorum vestitus erat lineis, & atramentarium scriptoris ad renes ejus. Et dixit Dominus ad eum (virum qui vestitus erat lineis) transi per mediam civitatem in medio Jerusalem, & signa thau super frontes virorum gentium, & dolentium, super cunctas abominationibus, quae sunt in medio ejus. Et illis (viris sex) dixit audiente me: Transi per civitatem sequentes eum, & percutite, & non parcat oculus vester, neque misereamini: senem adolescentem, & virginem, parvulos, & mulieres interfecite usque ad interfectionem, omnem autem super quem videritis thau, ne occidatis, & à Sanctuario meo incipite. Subit hic Deus Angelo, ut Hierosolyma signet vios, lugentes peccata populi signo thau, id est, crucis; unde gestat atramentarium, ut quasi notarius atramento litteram thau frontibus porum inscribat. Deinde subit sex alii Angelis, ut signatis parcant, reliquos omnes non signatos per Chaldaeos occidant, & urbem incendiant. Unde subdit Cap. 9. v. 2. & seq.

Et dixi ad virum, qui indutus erat lineis, & ait: Ingredere in medio rotarum, quae sunt subtus Cherubim, & imple manum tuam prunis ignis, quae sunt inter Cherubim, & cense super civitatem. Subit hic Deus Angelo, ut ex suo curru Cherubim ignem, quo comburenda est Jerusalem, accipiat, ut significet urbem incendium non casu, non Chaldaeorum consilio, & fortitudine, sed Dei providentia, & decreto eventurum. Cap. 10. vers. 1.

11. Dixique ad me: fili hominis, hi sunt viri, qui cogitant iniquitatem, & tractant consilium pessimum in civitate ista, dicentes: Nonne dudum edificata sunt domus: haec est lebes, nos autem carnes. q. d. Domus, & muri Jerusalem instar lebetis sunt ferri, & ferocissimi: nos ergo, esto fimus carni, tamen quia in ea continemur, & munimur, non timeamus Chaldaeos. Histore respondet Propetia subdens: propterea haec dicit Dominus Deus: Interfecti vestri quos possiditis in medio ejus, hi sunt carnes, & haec est lebes. q. d. non vos à Iudaei estis carnes in Jerusalem: sed carnes sunt Propetiae, quos quasi vestimentis Deo mactastis. Et educam vos de medio ejus: gladium metuitis, & gladium inducam super vos. Haec non erit vobis in lebetem, & vos non eritis in medio ejus in carnes: in sinibus Iisrael iudicabo, id est, puniam, & occidam vos. q. d. educam vos ex Jerusalem ad Nabuchodonosor in Reblata, ut ibi ab eo occidamini. Quocirca Jerusalem non erit vobis lebes, & intamen; nec vos in ea eritis quasi carnes ad hostibus intactae, & illatae. Cap. 11. vers. 1.

12. Fili hominis, fac tibi vasa transfugantia, & transfugabis coram eis. Ante oculos eorum perfode tibi parietem, & egredieris per eum. In conspectu eorum in humeris portaberis, in caligine effereris: faciem tuam velabis, & non videbis terram: quia portentum dedi te domui Iisrael. Subetur hic in se ad vivum representare Ezechiel fugam Sedeciae, & Iudaeorum capti urbe noctu, ejusque executionem, unde explicans subdit: Quomodo feci hic, sicut illis in transfugationem, & captivitatem ibunt. Et dux (rex Sedecias) qui est in medio eorum, in humeris portabitur, in caligine egredietur: parietem perfodiet, ut educant eum; facies ejus operietur, ut non videat oculo terram: adducam eum in Babylonem, & D ipsam non videbit (ut pote excruciatum Nabuchodonosor) ibi quoque morietur. Cap. 12. v. 3.

Fili hominis, panem tuum in conturbatione (in pavore, & trepidatione) sed comede; sed & aquam tuam in festinatione, & merore bibe. Causam, & significationem subdit: Et dices ad populum terrae, panem suum in solitudine comedent, & aquam suam in desolatione bibent. Vers. 18.

13. Fili hominis, quid fiet de ligno vitis à vine praefiso? Ecce ignis domus est in quicquam: sic tradam habitatores Jerusalem igni, & gladio. Cap. 15. 2.

14. Quando nata est (à Jerusalem, à Synagoga) in die ortus tui non est praecius umbilicus tuus, & aqua non es lota in saltem, nec fave salita, nec involuta panis. Transiens autem per te, vidi te conculcari in sanguine tuo, & dixi, Vive, & c. & lavi te aqua, & emundavi sanguinem tuum ex te, & unxi te oleo. Et vestivi te discoloribus, & calcavi te in janthino, & cixi te bysso, & induite subtilibus, & dedi armillas in manibus tuis, & torquem circa col-

lum tuum, & coronam decoris in capite tuo. Et fumens de vestimentis tuis fecisti tibi excelsa, oleum meum, & thymiam meum posuisti coram eis: & fornicata es cum filiis Aegypti, & Assyriorum, & cum Chaldeis. Propterea, meretrix, audi verbum Domini: Judicabo te iudicis adulterarum: & dabo te in manibus eorum, & destruent lupanar tuum, & lapidabunt te lapidibus, & trucidabunt te gladiis suis. Est hieroglyphicum Iisrael, sive Synagoga, quae in deserto pauper, & misera à Deo per Moysen collecta, eique quasi matrimonio copulata, bonisque omnibus dotata, mox quasi meretrix ab eo ad idola descivit: quocirca iussit à Deo per Chaldaeos puniri, & vastata est. Vide dicta Ezechielis. Cap. 5. 4.

15. Mater vestra Cethaa, pater vester Amorrhaeus, & foror tua major Samaria, foror autem tua minor Sodoma. Vivo ego, dicit Dominus Deus, quia non fecit Sodoma foror tua sicut tu: & Samaria dimidium peccatorum tuorum non peccavit. Vocantur haec forores Jerusalem, quia et vicinae, & quia aequae sceleratae: unde & ei in panem, & excidia similes fuere. Vers. 14.

Ergo, & tu porta confusionem tuam, quae vicisti forores tuas peccatis tuis: porta ignominiam tuam, quae iustificasti forores tuas, ut ille te videantur meliores, & iustiores, id est, minus male, minus inique, & impie quam tu, adeoque si te cum, & cum tua impietate comparentur, videantur esse iustiores. Vers. 12.

16. Et tu assume plantam super principes Israel, & dices: Quare mater tua leana inter leones cubabit? & eduxit unum de leunculis suis, & leo factus est, & didicit capere praedam, hominesque comedere. Et audierunt de eo gentes, & non absque vulneribus suis ceperunt eum, & adduxerunt eum in catenis in terram Aegypti. Leana est Synagoga, leunculus Iosabab, quem Pharaon captivum duxit in Aegyptum. Cap. 10. 1.

Quae (leana, puta Synagoga, sive Jerusalem) cum vidisset, quoniam infirmata est, & perit expectatio ejus, tulit unum de leunculis suis, leonem constituit eum. Et didicit praedam capere, & homines devorare, viduas facere, & c. Et convenerunt adversus eum Gentes, & expandunt super eum rete suum, & miserunt eum in caveam, in catenis adduxerunt eum ad Regem Babylonis, hic leunculus est Iosabab, quem possit tenuisse, quem proinde Chaldaeae ceperunt, & adduxerunt. Vers. 5.

17. Mater tua quasi vinea, in sanguine tuo super aquam plantata est: fructus ejus, & frondes ejus creverunt ex aquis multis. Et facta sunt ei virgae solidae scepra dominantium. Erat evulsa est in ira, in terraque projecta: ignis comedit eam. Et nunc transplantata est, in desertum: plantatus est, & erit in plantum. Vineae haec est Jerusalem: sanguis regis enim est quasi liquor urae, rubens. Haec vinea quasi plantata ad aquas, crevit opibus, & gloria, sed ob peccata ab ira Dei eradicata est, incensa, & translata in Chaldaeam. Vers. 10.

18. Fili hominis, duae mulieres filiae matris unius erant, & fornicatae sunt in Aegypto. Nomina autem earum, Oolla major, & Ooliba foror ejus minor. Quenam sint haec, explicat dicens: Porro earum nomina Samaria Oolla, & Jerusalem Ooliba. Oolla enim bebr. significat, tabernaculum ejus, scilicet Samaria; est in Dan, & Bethel, continens vitulos aureos, quos pro Deo colit. Ooliba vero significat, tabernaculum meum in ca. Deus enim suum tabernaculum habebat in Jerusalem. Fornicationem vocat idololatram urriusque, de qua subdit: Fornicata est igitur super me Oolla, & infamavit in amatores suos, in Assyrios, quia Samaria coluit deos Assyriorum. Propterea tradam eam in manus amatorum suorum, in manu filiorum Assur. Samaria enim versa est à Salmanasar Assyrio, anno sexto Ezechiel. Quod cum vidisset foror ejus Ooliba (Jerusalem) plus quam infamavit libidine: quia ut sequitur, coluit deos Chaldaeorum, & Aegyptiorum. Propterea Ooliba haec dicit Dominus Deus: Ecce ego succidabo omnes amatores tuos contra te, filios Babylonis, & universos Chaldaeos: nasum tuum, & aures tuas praecedent, & qui remanserint gladio cadent: ipsi filios tuos, & filias tuas capient, & novissimum tuum devorabunt igni. Caccine fororis tuae bibes, profundum, & latum: ebrietate, & dolore tepleberis. Et bibes illum, & eporabis usque ad fientes, & fragmenta ejus devorabis: Ubra tua lacerabis, & tu quoque porta scelus tuum, fornicationes tuas. Calix bibe est mortis, & excidii, puta mensura suppliciorum peccatorum Iudaeorum commensa, quem eis misit, & propinavit in die. Deus, Cap. 23. 2.

19. Fili hominis, pone ollam; & mitte in eam aquam: A congere frusta ejus in eam, omnem partem bonam, femur, & armum, & electa, & ossibus plena: pinguissimum pecus asinum, compone quoque strus ossium sub ea. Effertur coctio ejus, & discosa sunt ossa illius in medio ejus. Olla est Jerusalem, in qua carnes sicut cives à Chaldaeis coguntur, & consumuntur. Cap. 24. 3. Unde explicans subdit: vers. 6. Vix civitati sanguinum, olla, cujus rubigo in ea est, & rubigo ejus non exivit de ea. Vers. 9. Vix civitati sanguinum, cujus ego grandem faciam pyram. Congere ossa, quae igne succendant, & consumuntur carnes, & coquetur univèrsa compositio, & ossa abscident.

20. Fili hominis, ecce ego tollo à te desiderabile oculorum tuorum in plaga (q. d. Faciam, ut ex morbo moriatur uxor tua dilecta) & non planges, neque plorabis, ut haec te portendas excidium urbis, & templi, in quo tanta erit strages, ut nemo fratrem, patrem, vel uxorem sit plaudurus. Et mortua est uxor mea vespere, scilicet mane sicut praecipit mihi. Porro haec explicans subdit: Vers. 16. Haec dicit Dominus Deus: Ecce ego pollum sanctuarium meum, superbiam imperii vestri, & desiderabile oculorum, vestrorum, & super quo pavet anima vestra: & filii vestri gladio cadent. Et facietis sicut fecit, q. d. Non plangetis eos: eritque Ezechiel vobis in portentum. Vers. 21.

21. Fili hominis, dic principi (regi) Tyri: Dixisti, Deus ego sum, & in cathedra Dei sedisti in corde maris: cum sis homo, & non Deus: & dedisti cor tuum quasi cor Dei, tantis habuisti animos, ac spiritus, ac si es Deus. Cap. 28. 2. Idcirco morte incircumcisorum morietis in manu alienorum. q. d. Incircumcisi, puta Gentiles Chaldaei, occident te pariter incircumcisorum, & perfectus decore. In deliciis paradisi Dei fuisti: omnis lapis pretiosus operimentum tuum. Tu Cherub, extensus, & protegens, & posui te in monte sancto Dei, in medio lapidum ignitorum ambulasti, donec inventa est iniquitas in te, & peccasti. Et ejeti te de monte Dei & perdidisti, & Cherub, protegens, de medio lapidum ignitorum. Omnes, qui viderint te in gentibus, obstupescunt super te: nihil factus es, & non eris in perpetuum. Regem Tyri ob sapientiam, opes, & gloriam comparat Cherubino, quem ob superbiam per Chaldaeos regno, bonisque omnibus privavit. Vide dicta Ezech. 28.

22. Ecce ego ad te, Pharao, rex Aegypti, draco magne, qui cubas in medio fluminum (eius, & fluvium Nilei) tuorum, & dicitis: Meus est fluvius, & ego feci memetipsum. Et ponam frænium in maxillis tuis, & extraham te de medio fluminum tuorum: bestias terrae, & volatilibus caeli dedi te ad devorandum. Sicut cap. 28. praedixi super te regi Tyri excidium, ita hic idem praedixi super te Pharaoni, causam subdit, Cap. 29. 3. Pro eo quod fuit baculus arundineus domus Israel. Fulcristi enim eorum rebellionem contra Chaldaeos, ideoque quasi arundo cum iis à Chaldaeis est confractus, & contritus. Vers. 6.

23. Fili hominis, Nabuchodonosor servavit exercitum suum servitute magna adversus Tyrum (per tredecim annos eum obsequendo) (omne caput) militum ejus comportantibus ligna, & terram ad implendum muro cingens Tyrum) decalvatum, & omnis humerus depilatus est, & merces non est reddita ei. Propterea haec dicit Dominus Deus: Ecce ego dabo Nabuchodonosor regem Babylonis in terra Aegypti, & diripiet spolia ejus, & erit merces exercitui illius, pro eo quod laboraverunt mihi, ut meam vindictam contra Tyrum exequerentur, q. d. Chaldaeis pro expugnata Tyro dabo spolia Aegypti, quasi pro mercede. Unde subdit: Vers. 18.

Ulutate (à Aegypti) va, va dicit: quia iuxta est dies, & appropinquat dies Domini (quo vos excindet) dies nubis, tempus Gentium erit. Cap. 30. 2.

24. Fili hominis, die Pharaoni: Ecce Astur quasi cedrus in Libano, pulcher ramis, & frondibus nemorosus, excelsusque altitudine, & inter condensas frondes elevatum est cacumen ejus. Pharaon vocatur Astur: quia opatus, potentia, & gloria comparat fecit cum Sennacherib, alique monarbis Assyriorum: hinc & vocatur cedrus. C. 31. Cedri, inquit, non fuerunt altiores illo in paradiso Dei, propterea haec dicit Dominus: Pro eo quod sublimatus est, & inter condensas frondes elevatum est cacumen ejus, & succident eum alieni, & crudelissimi nationum. Ipse est Pharao, & omnis multitudo ejus, dicit Dominus Deus. Vers. 8.

25. Leoni gentium affimilatus es. (à Pharaon) & draconi, qui est in mari, & ventilabis cornu in fluminibus tuis. Expansit

dam super retere meum, & proiciam te in terram. Et operiam, cum extindus fueris, & nigrescere faciam stellas ejus, solem nube tegam, & luna non dabit lumen suum: Omnia luminaria caeli morere faciam super te, quasi dicit: Tanta erit strages tua, & tuorum, & Pharaon, ut hominibus cali obscurari, & morere videantur. Est hyperbole. Unde de eodem subdit. Cap. 32. 2.

Descende, & dormi cum incircumcisis, cum his, qui descendunt in lacum. Ibi Astur, & omnis multitudo ejus, qui dederunt quondam formidinem in terra viventium. Ibi Aelam, ibi Mofoch, & Thubal. Ibi Idumaea, & reges ejus. Ibi principes Aquilonis omnes, & universi venatores, qui dormierunt incircumcisi cum interfectis gladio, & portaverunt confusionem suam cum his, qui descenderunt in lacum, Vers. 19.

26. Effundam super vos aquam mundam (in baptismo Christi) & mundabimini ab omnibus iniquitatibus vestris. Et dabo vobis cor novum, & spiritum novum ponam in medio vestri: & auferam cor lapideum de carne vestra, & dabo vobis cor carneum. Et spiritum meum ponam in medio vestri: & faciam, ut in preceptis meis ambulatis. Vide cap. 11. 19. Cap. 36. 26.

27. Faeta est super me manus Domini, & dimisit me in medio campi, qui erat plenus ossibus, & dixit ad me, Fili hominis, putasne vivens ossibus istis? Et dixit: Domine Deus, tu nosti. Et dixit ad me: Vaticinare de ossibus istis, & dices eis: Ossa arida audite verbum Domini. Ecce ego intromittam in vos spiritum, & vivetis. Et dabo super vos nervos, & succrescet faciam super vos carnes, & superextendam in vobis cutem, & vivetis. Subjungit Ezechiel se eis id vaticinatum, eaque mox cute, carne, & nervis, ac spiritu, & vita fuisse donata. Erat hoc schema resurrectionis; sed sub eo significat, Judaeos qui Babilone erant quasi amoti, & velut ossa arida, ad libertatem, & patriam, itaque quasi ad vitam redituros. Hoc est enim, quod explicans subdit. Cap. 37. 1.

Fili hominis, ossa haec universa domus Israel est. Ipsi dicunt, Amerunt ossa nostra, & perit spes nostra (liberationis ex Babilone, & reditus in patriam) ecce ego aperiam tumulos vestros, & educam vos de sepulchris vestris, & reducam in G terram Israel. Vers. 11.

28. Fili hominis, fume tibi lignum unum, & scribe super illud: Judae, & filiorum Israel sociorum ejus, & tolle lignum alterum, & scribe super illud: Joseph ligno Ephraim, & cum his domui Israel, sociorumque ejus. Et adjungo illa, unum ad alterum tibi lignum unum: & erunt in unione in manu tua. Hoc symbolo significat Deus, se Judaos, & Israelitas, sive Samaritanas, jam inter se contrarios, unum in Ecclesia, per fidem & gratiam Christi. Unde explicans subdit: Vers. 21. Ecce ego assumam filios Israel de medio nationum, ad quas abierunt, & faciam eos gentem unam in terra in montibus Israel. Et servus meus David (Christus Davidis filius) rex super eos, & pastor unus erit omnium eorum. Et percutiam illis fœdus pacis. Et erit tabernaculum meum in eis, & ero eis Deus, & ipsi erunt mihi populus. Cap. 37. 16.

* HIEROGLYPHICA, ET SACRA SYMBOLA EX JEREMIA.

1. Et misit Dominus manum suam, & tetigit os meum, dixit Dominus ad me: Ecce dedi verba mea in ore tuo: ecce constitui te hodie super Gentes, & super regna; ut evellas, & destruas, & disperdas, & dissipas, & adifies, & plantes. Hic talis manus Dei fuit hieroglyphicum, quo Jeremias à Deo. Primò, consecratus fuit Propheta: Secundò, obortus, ut manus & plagas Judaeorum pertimesceret; Tertio, os ejus apertum, dispositum, & formatum est ad verba Dei ritè enuncianda, ut nimirum sincere, & libere predicaret; has gentes à Deo evellendas esse, & destruedas, illas adificandas, ac stabiliendas. Cap. 19. 2. Quid tu vides, Jeremia? Et dixi: Virgam vigilantem ego video. Virga haec vigilans fuit hieroglyphicum vigilantiae Dei, ejusque vigiliis, & celestis ultionis, quod nimirum ipsa per Chaldaeos, quasi per virgam, Judaeos percuteret, & flagellaret, unde explicans subdit. Et dixit Dominus ad me: Bene vidisti, quia vigilabo ego super verbum meum, ut faciam illud. Vers. 2. 3. Quid tu vides? Et dixi: Ollam succentam ego video, & faciem ejus a facie Aquilonis. Olla haec succenta fuit hieroglyphicum Nabuchodonosoris, qui quasi olla succenta ignem furoris ebullivit,

ebullit, & afflavit in Judaeos, unde explicans subdit. Ab Aquilone (à Chaldaeo, quae est ad Aquilonem Judaeae) pandetur omne malum super habitatores terrae. Vers. 13.

4. Recordatus sum tui miserans adoloscenciam tuam, & charitatem desponsationis tuae, quando secuta es me in deserto. Adoloscenciam vocat artem juvenilem Synagoga; qua sub Moise desponsata fuit Deo, quasi ejus Ecclesia, & sponsa. Cap. 2. 2.

5. Sanctus Israel Domino, primitiae frugum ejus. Quod primitiae sunt in frugibus, hoc in Gentibus fuit Israel: praeparatus enim, & pro omnibus, quasi primitiae oblatus, & consecratus fuit Deo. Vers. 3.

6. Ego plantavi te vineam electam, omne semen verum. Quomodo ergo conservata es mihi in pravum vinea aliena vinea hieroglyphicum est Synagoga, & Ecclesia. 5. Isaie 5. 1. Vers. 21.

7. Probatores dedi te in populo meo robustum, & scies, & probabis viscorum: omnes isti principes declinantes, ambulantes fraudulenter, & solum: universi corrupti sunt. Defecit sufflatorium, in igne consumptum est plumbum, frustra conflavit conflator: malitia enim eorum non sunt consumpta. Argentum ergo reprobum vocato eos, quia Dominus projecit eos. Jeremias est probator, id est argentarius confessor: argenti purgandum, & confusandum sunt Judaei, qui ita fuerunt moribus corrupti, ut in fornace correptionis Jeremia excelsi, non argenti, sed eis, servis, & sciorum dederunt: consumpti enim omnibus, eorum malitia non est consumpta. Quoties Deus eos, quasi argentum reprobum, projecit, & reprobat. Cap. 7. 27.

8. Tonde capillum, & proice: sunc directum plantatum, quasi dicit: Tu, & Jeremia, tonde capillum more lugentium, ut Judaeorum ludum portendas, & erimes abs te proice, ut portendas eorum dispersionem, & exilium, quia projecit Dominus, & reliquit generationem furoris sui, puta gentem Judaeam, in quam servire, & quasi furere decrevit. Cap. 7. 29.

9. Edificaverunt excelsa Topheth, quae est in valle filii Ennom, ut incenderet filios suos, & filias suas igne. Ideo eccies veniens, dicit Dominus, & dicitur amplius Topheth, & vallis filii Ennom; sed vallis interfectionis, & sepelient in Topheth, & quod non sit locus. q. d. Quia in Topheth cremantur filios idolo Moloch, cum gaudio, & tympanis; idcirco eos in Topheth Chaldaeo occidam, & sepeliam, itaque faciam, ut vallis haec non vocetur Topheth, sed est pulchra, vel tympani, sed vallis interfectionis. Vers. 31.

10. Olivam uberem, pulchram, fructiferam, speciosam vocavit Dominus nomen tuum: ad vocem loquela; grandis exaristis ignis in ea, & conbusta sunt fructus ejus. Oliva hieroglyphicum est Synagoga, & Jerusalem: sicut enim dum fulmine per tonitru vibrato, affantur oleae, nos eorum frondes, & fructus exuruntur, sic Jerusalem à Chaldaeis, quasi furmine subitè percussa, omnes suos cives, opes, & gloriam, vel igne, vel gladio hostium perdidit. Cap. 11. 16.

11. Ego quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam, & non cognovi: quia cogitaverunt super me consilia, dicentes: Mittamus lignum in panem ejus, & eradamus eum de terra viventium. Agnus hic fuit symbolum patientis Jeremiae, Jeremias, Christi: unde lignum hic typus est Crucis. Vers. 19.

12. Reliqui domum meam, dimisi hereditatem meam: de dilectam animam meam in manu inimicorum ejus q. d. Jerusalem, & templum, quae dilexi, ut animam meam, tradidi Chaldaeis. Causam subdit. Faeta est mihi hereditas mea quasi leo in silva: dedit contra me vocem suam. Cap. 11. 7.

13. Nunquid avis discolor hereditas mea mihi? nunquid avis tincta per totum? venite, congregamini omnes bestiae terrae, propterea ad devorandum. q. d. Chaldei persequuntur, & devorabunt Judaeos, sicut persequuntur, & devorant avem peregrinam, & inquam v. notuam; unde deos inquit, & vocat ad banc praedam, dicens, Venite, congregamini: & vers. 9.

14. Tolle lumbare, quod possidisti circa lumbos tuos, & surgens vade ad Euphratem, & absconde illud ibi in foramine petrae. Et abi, & abscondi illud in Euphrate. Et factum est post dies plurimos, tuli lumbare de loco, ubi absconderam illud, & ecce computuraverat. Hieroglyphicum hoc explicat subdit: Haec dicit Dominus, se putescere faciam superbiam Judae, & superbiam Jerusalem. Lumbare enim, sive singulum lumborum symbolum est Judae, & Jerusalem. Causam dat vers. 11. Sicut enim adhuc lumbare ad lumbos viri, sic aggluti-

navi mihi omnem domum Israel: ut essent mihi in populum, & in nomen, & in laudem, & in gloriam, & non audierunt. E Cap. 13. 4.

15. Omnis laguncula implebitur vino, sic ecce ego implebo reges, sacerdotes, & Prophetas, & omnes habitatores Jerusalem ebrietate, & dispergam eos, neque miserabor, ut non disperdam eos, q. d. Propinabo eis calicem ultionis, & vindictam acris, ut eo hausto quasi ebrii, & mentis impotes furete videantur. Vers. 12.

16. Expectatio Israel, salvator ejus in tempore tribulationis, quare quasi colonus futurus es in terra, & quasi viator declinas ad manendum? Quare futurus ex veritate vir vagus, ut fortis qui non potest salvere? q. d. Cur Domine, Israellem tuum negligis, cum quasi viator pertransis, ac permittis eum à Chaldaeis opprimi à unice orans subdit. Tu autem in nobis es, & Domine, & nomen tuum invocatum est super nos: ne dere linguas nos. q. d. Licet nos negligere videaris, revera tamen in nobis, & nobiscum es. Nos enim sumus populus tuus ergo ne derelinquas nos, cap. 14. 8.

17. Ecce ego mittam piscatores multos, dicit Dominus, & piscabuntur eos: & post haec mittam ei multos venatores, & venabuntur eos de omni colle, & de cavernis petrarum. Piscatores sunt Apostoli, venatores viri Apostolici, ut qui bonore nudos, & Barbaros quasi feras in cavernis scrutantur, cecurant, & Christianos efficiunt. Cap. 16. 16.

18. Verbum, quod factum est ad Jeremiam à Domino, dicens: Surge, & descende in domum figuli, & ibi audies verba mea. Et descendit in domum figuli: & ecce ipse faciebat opus super rotam. Et dissipatum est vas, quod ipse faciebat à luto manibus suis: conversusque fecit illud vas alterum sicut placebat in oculis ejus, ut faceret. Et factum est verbum Domini ad me dicens: Nunquid figulus figulus est, non potero vobis facere domus Israel, ait Dominus? ecce sicut lutum in manu figuli, sic vos in manu mea: ac proinde ego vos quasi vas in captivitate, frastra & dissipata refingere, & in libertatem, patriamque reducere: ibique ditare, & ditare possim. Cap. 18. 2.

19. Vade, & accipe lagunculam figuli testeam à senioribus populi, & egredere ad vallem filii Ennom. Et conteres lagunculam in oculis virorum, qui ibunt tecum, Et dices ad eos. Haec dicit Dominus exercituum, sic conteram populum istum, & civitatem istam, sicut conteritur vas figuli. Ecce hieroglyphicum à Deo explicatum. Cap. 19. 1.

20. Quae sedes in Libano, & midificas in cedris, quomodo congregasti, venissent tibi dolores quasi parturientis? q. d. Jerusalem, decore, & gloria par Libano, quae quasi aquila in praesentibus à cedro domibus habitas, quomodo genes, cum existeris à Chaldaeis: Cap. 22. Vers. 23.

21. Vivo ego, dicit Dominus, quia si fuerit Jechonias & c. annulus in manu dextera mea; inde evellam eum. Hieroglyphicum hoc clare hic explicatur, uti & sequens. Vers. 24.

22. Terra, terra, terra, audi verbum Domini. Scribe virum istum (Jechoniam) sterilem, virum, qui in diebus suis non profperabitur: nec enim erit de semine ejus vir, qui sedeat super solium David. Vers. 25.

23. Suscitabo David germen justum, & regnabit rex, & sapiens erit: & faciet iudicium, & iustitiam in terra: in diebus illis salvabitur Juda, & Israel, habitabis, confidenter: & hoc est nomen, quod vocabunt eum, Dominus justus noster, Hoc Davidicum iustitia germen, est Christus Salvator. Cap. 23. 5.

24. Si interrogaverit te populus iste, & c. dicens: Quod est lignus Domini? dices ad eos, Vos estis ignis. Proiciam quippe vos. Vers. 33.

25. Quid tu vides, Jeremia? & dixi: Ficus bona, bonas valde, & malas, malas valde. Ficus bona valde representant Joachim, ejusque affeclas, qui obedientes Deo, & Jeremiae, tradiderunt se Chaldaeis, de quibus dicit Vers. 5. Sicut ficus haec bona, sic cognoscam transmigrationem Juda, quam emisi de loco isto in terram Chaldaeorum, in bonum. q. d. Bonus, & beneficus eis ero, faciam, ut haec eorum transmigration cedat eis in bonum. Ficus male valde representant Sedeciam, & socios, qui contra iustum Dominum rebellaverunt Chaldaeis, ideoque perierunt, de quibus ait Vers. 8. Sicut ficus postquam quae comedi non possunt, eò quod sint mala; haec dicit Dominus: sic dabo Sedeciam regem Juda, & principes ejus, & c. & dabo eos in vexationem, & in opprobrium, & in maledictionem. Cap. 24. 3.

26. Sume calicem vini furoris huius de manu mea, & propinabis. L. B. Theat. vii. Human. Tom. V. 11. li 3 pinabis

pinabis de illo cunctis gentibus, ad quas ego mittam te. Calix A hic est mensura vindictae, & excidii, quom cuique genti pro mensura culpe per Jeremiam intantat Deus: Unde sequitur: Et bibent, & turbabuntur, & infanient a facie gladii, quem ego mittam inter eos. Cap. 25. 15.

27. Fac tibi vincula, & catenas, & pones eas in collo tuo, & mittes eas ad regem Edem, Moab, Tyri, Sidonis, &c. Hec vincula significant jugum Nabuchodonosoris, & catenas, quibus ab eo vincendi erant Judei, & alie gentes: unde ea explicans subdit: Itaque ego dedi omnes terras istas in manu Nabuchodonosor, &c. & servient ei omnes gentes, &c. Quicunque non curaverit collum suum sub jugo regis Babylonis, in gladio, in fame, & in peste visitabo super gentem illam, Cap. 27. 26.

28. Et tulit Hananiaz Propheta (pseudopropheta) catenam de collo Jeremias, & confregit eam, dicens, Hec dicit Dominus, Sic confringam jugum Nabuchodonosor. Et factum est verbum Domini ad Jeremiam: Vade, & dices Hananiaz, Hec dicit Dominus: Gatas lignas contrivisti, & facies pro eis catenas ferreas, &c. quia jugum ferreum posuisti super collum cunctarum gentium istarum, ut serviant Nabuchodonosor. Audi Hananiaz: Hoc anno morietis. Et mortuus est in anno illo. Cap. 28. 10.

29. Vox in excelsu audita est lamentationis, luctus, & fletus Rachel plorantis filios suos, & nolentis consolari super eis, quia non sunt, Hec vox est matrum plorantium stragem filiorum, in infantu velio Herodis nato Christo. Cap. 31. 15.

30. Fertam domui Israeli, & domui Juda fcedus novum &c. dabo legem meam in visceribus eorum, & in corde eorum scribam eam: & ero eis in Deum, & ipsi erunt mihi in populum, Lex vetus scripta fuit in lapide, nova in corde. Vers. 31.

31. Edificabitur civitas Domini a turte Hanancel usque ad portam anguli, &c. Significatur edificatio, & propagatio Ecclesie. Vers. 38.

32. Emi (subente Deo) agrum ab Hanael filio patris mei. Hec enim dicit Dominus, &c. Adhuc possidebuntur domus, & agri, & vinee in terra ista, q. d. In obsidione Jerusalem emi agrum mei patris, ut hoc factu repraesentarem, & Judeis spem darem, quod post 70. annos captivitatis, quisque ad suos agros in Judaeam rediret. Unde caput hoc claudit, dicens: Convertam captivitatem eorum. Cap. 32. 9. 5.

33. Sume lapides grandes, & abscondes eos in crypta, que est sub muro laretitio in porta domus Pharaonis in Taphnis C cernentibus Judas: & dices ad eos, Hec dicit Dominus Deus exercituum: Ecce ego mittam, & assumam Nabuchodonosor, & ponam thronum ejus super lapides istos, quos abscondi, & statuet solium suum super eos, & venient super percutiet terram Aegypti, sicut dicitur hic Jeremias propheta: Visitationem Nabuchodonosoris de Aegypto, etque ibidem Symbolicum solium struerit. Cap. 33. 9.

34. Ecce quasi aquila volabit, & extendet alas suas ad Moab. Aquila hieroglyphicum est Nabuchodonosoris: ob ejus celeritatem, rapacitatem, & ferocitatem. Hic enim alas equitum, & pedum contra Moab expandit. Cap. 48. 40.

35. Ecce quasi leo ascendet de superbia Jordanis ad pulchritudinem robustam, q. d. Sicut leo irruit in predam, sic Nabuchodonosor transito tumido Jordane irruit in Idumeam, quam ejus incolae putant esse pulcherrimam, & robustissimam. Cap. 49. 19.

46. Grex dapperus Israel, leones ejecerunt eum. Primus comedieum rex Aflur (Salmannasar) iste novissimus exosavit eum (id est Jerusalem templum, quod erat fulcrum, & quasi os Israel, & veritas) Nabuchodonosor. Cap. 50. 17.

EX THRENIS.

1. Candidiores Nazarei ejus nive, nitidiores lacte, rubicundiores ebore antiquo, sapphiro pulchriores. Denigrata est super carbones facies eorum, non fuit cogniti in placis, q. d. Nazarei Judaeorum ipsos, olim, & candore roseo perfusos, jam fame, & macie squalidi sunt, & atrii, ut non agnoscerentur. Hi Nazarei hieroglyphicum sunt Clericorum, & Religiosorum, cum e sine sanctitate, & gloria in vitia, & probra Dei, hominumque corrumpant. Cap. 47.

2. Spiritus oris nostri (non falsus, non Sedecias, sed Salvator Jesus, qui est habitus, anima, & vita nostra) Christus Dominus in peccatis nostris capus est, cui diximus: In umbra tua vivemus in gentibus. Vers. 20.

HIEROGLYPHICA, ET SYMBOLA EX DANIELE.

1. Tu rex videbas, & ecce quasi statua una grandis: caput ex auro optimo erat, pedus aureum, & brachia de argenteo: porro venter, & femora ex are, tibiae autem ferreae: pedum quaedam pars erat ferrea, quaedam autem fistilis. Videbas ita, donec abscissus est lapis de monte sine manibus, & percussit statuum in pedibus ejus ferreis, & comminuit eos. Hoc est somnium: interprecationem quoque ejus dicemus coram te. Tu rex regum es, tu es ergo caput aureum: Et post te confurget regnum aliud minus te argenteum: & regnum tertium aliud arcum, quod imperabit universa terra: & regnum quartum erit velut ferrum, quomodo ferrum comminuit, domat omnia, sic comminuet, & conteret omnia haec. Porro quia vidisti pedum, & digitorum partem testa figuli, & partem ferream: regnum divinum erit. In diebus autem non regnorum suscitabit Deus caeli regnum, quod in aeternum non dissipabitur, & regnum ejus alteri populo non tradetur: comminuet autem, & consumet universa regna haec, & ipsum stabit in aeternum, secundum quod vidisti, quod de monte abscissus est lapis sine manibus, & comminuit testam, & ferrum, & as, & argentum, & aurum. Caput aureum fuit monarchia Nabuchodonosoris: pedus argenteum regnum Cyri, & Persarum: venter aureus regnum Alexandri, & Graecorum: tibia ferrea regnum Romanorum, sed haec omnia comminuit lapis sine manibus de monte abscissus, id est, Christus ex virgine natus, cujus regnum gloriosum erit, & aeternum, Cap. 2. 31.

2. Videbam, & ecce arbor in medio terre, & proceritas ejus contingens caelum: folia ejus pulcherrima, & fructus ejus nimis, & ex ea vebatur omnis caro, & ecce vigili, & sanctus de caelo clamavit: Succidite arborem, cor ejus ad humanum commutetur, & cor ferretur ei, & septem tempora manentur super eum: Arbor haec est Nabuchodonosor, vigili est angelus interiens in caelum, & comminationem in bestiam. Ita explicat Daniel, Hiccient te, inquit, ab omnibus, & cum bellis, ferisque erit habitatorius, & sanum ut bos comedas, & rore oculi in funderis septem quoque tempora (id est septem anni) mutabitur super te, donec scias, quod odidit in excelsu super regnum hominum, & cuicunque voluerit, det illud. Quamobrem, rex, placeat tibi consilium meum: peccata tua elemosynis redime, & iniquitates tuas misericordis pauperum. Cap. 4. 7. vers. 22.

3. Mane, Thekel, Phares. Mane, numeravit Deus regnum tuum, & complevit illud. Thekel, appensus est in statera, & inventus est minus habens. Phares, divitum est regnum tuum, & datum est Medis, & Persis. Eadem nocte interfectus est Baltasar, & Darius Medus successit in regnum. Hic eventus clari visionem explicat. Cap. 5. 25.

4. Quatuor bestiae grandes ascendebant de mari. Prima quasi leona, & alas habebat aquilae, & cor hominis datum est ei. Et ecce bestia alia similis usque, & tres ordines erant in ore ejus, & dentibus ejus, & sic dicebant ei: Surge, comede carnes plurimas: Et ecce alia quasi pardus, & alas habebat quasi avis quatuor super se, & quatuor capita erant in bestia. Et ecce bestia quarta terribilis, atque mirabilis, & fortis nimis: dentes ferreos habebat magnos, comedens, atque comminuens, & reliqua pedibus suis conculeans, & habebat cornua decem. Et ecce cornu aliud parvulum ortum est de medio eorum, & tria de eorum principibus evulsa sunt a facie ejus: & ecce oculi quasi oculi hominis erant in cornu, & os loquens ingentia. Hec quatuor animalia sunt quatuor monarchiae, & regna sunt aforis: usque Persis, & quatuor Graeci, quarta bestia sunt Romani, Ex quarta orientur decem cornua: id est, decem reges in fine mundi: & cornu parvulum, id est, Antichristus, qui tres reges debellabit, unde mox reliqui septem ex sponte se subdant: Cap. 7. 23.

5. Aspicebam, donec throni positi sunt, antiquus deorum sedit, vestimentum ejus candidum quali nix, & capilli capitis ejus quasi lana munda: thronus ejus flammis, & rotas ejus ignis accensus, & fluvius igneus, rapidusque egrediebatur a facie ejus, millia millium ministrabant ei, & decies milies centena millia assistebant ei. Hic est Pater eternus, qui regnum Antichristi adjudicabit Christo, & Christianis, unde subdit: Judicium sedit, id est, iudices sederunt, & libri aperti sunt: & vidi, quoniam interfecta esset bestia (Antichristus) & ecce, cum nubibus caeli quasi filius hominis veniebat, & usque ad anti-

ad antiquum dierum, pervenit. Et dedit ei potestatem, honorem, & regnum. Vers. 9.

6. Ecce aries unus stabat ante paludem habens cornua ex cella, & unum excelsum altero: ecce autem hircus caprarum veniebat ab Occidente, & non tangebatur terram, & percussit arietem. Aries est Darius, quem percussit hircus, id est, Alexander Magnus. Cap. 8. 3.

Hircus autem caprarum magnus factus, cumque crevisset, fractum est cornu magnum, & orta sunt quatuor cornua: de uno autem ex eis egressum est cornu lunum modicum, & factum est grande, & magnificentum est usque ad caelum, & deiecit de fortitudine, & de stellis, & conculcavit eas. Cornu magnum est, Alexander, eo fracto, id est, mortuo, regnum ejus divisum est in 4. cornua, id est, 4. primarios ejus duces: de quorum uno prognatus est Antiochus, qui Judaeos, Deique templum vastavit, usque cultores occidit. Vers. 8.

7. Septuaginta hebdomades abbreviate sunt super populum tuum, & super urbem sanctam tuam, ut consummetur praevaticatio, & finem accipiet peccatum. Hec 70. hebdomades annorum sunt, faciuntque 490. annos, q. d. 490. anni fuerunt usque ad Christum. Cap. 9. 24.

8. Et ecce vit unus vestitus lincis, & renes ejus accincti auro obrizo, & corpus ejus quasi chrysolithus, & facies ejus velut species fulguris, & oculi ejus ut lampas ardens: & brachia ejus, & que deorum sunt usque ad pedes, quafi species aëris candidens: & vox sermonum ejus ut vox multitudinis. Hic vit est Archangelus Gabriel, qui cap. seq. victorias Machabeorum, Christi, & Christianorum Daniels enarrat: Quocirca augustam hic formam assumit, ut per eam illas repraesentet. Primo ergo linea vestis significat sacerdotium Machabeorum, & labores. Secundo, zona aurea significat eorumdem charitatem, bella, & regnum. Tertio, chrysolithus eorumdem gloriam, & triumphum. Quarto, facies fulgurans eorumdem zelum violentum in hostes. Quinto, oculi ut lampas ardens, eorumdem prudentiam, & vigilantiam. Sexto, brachia, & crura aëria eorumdem fortitudinem, & armorum splendorum. Septimo, vox multitudinis exercituum, & phalanges tam Machabeorum, quam Angelorum prois pugnantium. Cap. 10. 5.

SYMBOLORUM STUDIUM.

Hanc Aegyptiorum, & Graecorum Philosophiam etiam Chaeonen complexus fuit, ut etiam Orus Apollo Niliacus, illustratur postmodum excellentis viri, & scriptoris Athenensis, Clemens, Cyrillus Alexand. Pausanias, Porphyrius & Pimius, Apuleius, Plutarchus, quaque nostra aetate penè inermortuati, magno labore, ac industria exaravit, usque perficit numeris. Pterius Valerianus, magnis illis Hieroglyphicon Commentariis.

Hujus quoque sapientiae usum, (no distimulare videat) retinuerunt multo ante Pythagoram Moyses, Salomon, alique Hebraeorum sapientes. Sunt & qui de Chaldaeorum symbolis ex Pfeili Commentariis, quibus magica oracula, seu Chaldaica ZORASTRES exortant, nonnulla posteris reliquerunt. Sic enim ex figura plantarum, florum, animalium, stellarum, rerumque aliarum praeterquam involvunt, ut in minimè putem commodius sapientiae veterum quaedam reliquias ad nostras usque tempora transmissis potuisse. Id verò si quis velit ostensum esse aliqua exemplorum farragine, statim colliget pro fertilitate symbolo Papaver utratum, Cupressum pro morte, Olivam signum pacis, Laurum, & Hederam ingenii semper virentis, Malum cotoneum conubiis notam iidem habitam fuisse, ut Satoryrum, vel Capram libidinis, Leonem terroris, Diracanthum, dominatus: Solem anni, Lunam mensis, & caetera alia longe multa, quae immenso labore parique doctrina idem Pterius executus est.

ARS INVENIENDI SYMBOLA.

Ei, qui SYMBOLUM aliquod commodè volet effingere, spectanda haec primùm proponuntur, ut justa sit animi, & corporis analogia, (per animum, sententiam, uno, altero, vel certè paucis comprehensum verbis intelligi: nomine corporis, symbolum ipsam designari placet.)

Deinde, ne sita tenebrosus sit, & obscurum, ut delio natatore opus habeat.

Tertio, ut facile concipi, & dijudicari possit, si forte aliquid interiectum habeat: ut interdum sunt fidera, stellae, luna, &c.

sol, ignis, unda, nubes, sylva, rupes, spelunca, & alia innumerabilia.

Postremo, adhibeatur interdum anima illa symboli, lingua quadam nobili, minimeque vulgari, ut id magister h. 7. ingeniosaque inventio, quae cogitationem requirit, & eam quidem eruditam, multo plus dignitatis, habeat & gravitatis. Id autem fieri ab eruditis, vel iis, qui a liberali, & polita litterarum cognitione ad verum animum non habebant, Graecè aut Latine commodè solet: aut denique si magis placeat externa, quaedam lingua, idque sententia brevis, acuta, gravi, vel adagio, aut etiam hemistichio, integro versu nonnunquam, qui vel recens natus, vel aliunde petitus sit, dummodo arguatur aliquid, & salis contineat.

Vide Insignia. Notae rerum. Stemmata. Bem Locum de Vita. Ubi Symbola vitæ humanæ recensentur.

Synagoga.

DEFINITIO, & ETYMOLOGIA.

SYNAGOGA aὐτὸ τὸ συναγωγή, aut συναγωγή à congregando, locus erat apud Judaeos, ad quem conveniebat populus ad exercitia spiritalia, puta audiendum verbum Dei, & legis explicationem Sabbatis, ut constat Act. 13. vers. 5. & 15. & alibi. Item ad orationem Deique laudes. Jud. 16. 6. Matt. 6. 6. Denique ad correctionem publicam peccatorum ad versus legem, Matth. 10. cap. 23. Act. 22. & 26. Videatur Josephus contra Apionem.

Accipitur tamen ea vox generalius pro quovis coetu, five bonorum, five malorum: itam pro universo coetu Judaeorum. Numer. cap. 4. & 16.

Proprie autem dicitur de Ecclesia veteris Testamenti. Augustinus in Psal. 81. negat unquam de Ecclesia novi testamenti usurpari, congregari enim, unde Synagoga deducitur, est commune tam bestis, quam hominibus: ad evocari, seu vocari, unde Ecclesia nomen habet, solum convenit hominibus. Philo vocat Synagoga Oratorium, & Scholam virtutum omnium. Lib. 3. de vita Moysi.

ORIGO.

Ceterum loci istius origo, qui ubique construi poterat, eademque in civitate multiplex, ut in una Hierusalem tempore excidii ipsius, usque ad quadringentas, & octoginta, tam pro adventu Judaeis, quam pro civibus, ut patet ex cap. 6. act. Surrexerunt quidam de Synagoga Libertorum, & Cyrenensium, & Alexandrinorum, & eorum, qui erant a Cilicia, & Asia, qui omnes erant adventi: de aliis vero extra Hierusalem, in isto eodem libro, & de Romanis oratoris apud Philonem de legat. ad Caesarem, ita ut etiam gentiles suo sumptu eas Judaei edificarent, ut est in Evangelio Lucae capite. 7.] hujusmodi, inquam, origo loci longius petenda videtur, quam a tempore Babylonicæ captivitatis, ut existimavit tamen Sigonius 2. Reipublice. Hebr. capite 8. Nam legitimus in lib. Judicum cap. 10. convenisse in MASPAT quadraginta millia virorum in Ecclesiam populi Dei, hoc est, in locum Deo dicatum diversum ab eo, ubi erat Arca, & ubi sacrificium fiebat, is enim locus erat Silo. 1. Reg. cap. 13. Igitur cum cepit ab Hebræis, ut ad propriis incolis, in habitari terra promissionis, simul quoque cepta videntur constructi loca sacra pro oratione, verbo Dei, negotiis religionis, & diversis, multiplicataeque fuisse, juxta diversitatem, ac multiplicatam familiarum & tribuum (unico semper dumtaxat Arce, atque sacrificii reservato loco) ubi saepe congregabantur Judaei Hierosolym.

Indicet hanc antiquitatem S. JACOBUS Act. 15. in Consilio Hierosolymitano, cum ait: Moyses à temporibus antiquis habet in singulis civitatibus, qui cum praedicant in Synagogis, ubi per omne Sabbathum legitur.

SIGONIUS supra docet, Synagogas, quae erant in Jerusalem, fuisse peregrinorum, templum civium, in quo convenirent doctrinae causa. Ego verò nil video, quod cogat distinguere: cum potius contrarium Christus innuat illis verbis: Ego semper docui in Synagoga, & in templo, quo omnes Judaei conveniunt. Joan. c. 18.

Illud certe ex Tertulliano in Apolog. cap. 18. colligere possumus, ad Judaeorum Synagogas liberum etiam Gentilibus ingressum fuisse.

SYNAGOGIS QUI PRÆFUERUNT.

Synagogis præerant potissimum Scribæ, quia eorum erat conciones habere ad populum, & Scripturas exponere, nec non PHARISÆI, quibus id quoque cum Scribit fuit commune, & utroque Christus increpat; quod cum sederent super cathedram Moysi, clauderent populo regnum cælorum Math. 23. 2. & 13. perperam declarantes Scripturas, & ex proprio sensu, quem illis avaritiam, & ambitio dicitur.

Qui autem primùm inter eos locum in Synogoga tenebat ARCHYSYNOGOS, sive princeps Synagoga nominabatur: quemadmodum in scholis, qui Decanus facultatis, aut etiam Cancellarius appellatur. Vide Sigonium 2. de Republ. Hebræorum, c. 8. lib. 5. c. 10. & Toletum Joann. 16. Annotat.

Synagoga, & Ecclesie discrimina varia, quantaque bujus præ illa dignitas, splendor prærogativæ, colligere est ex Loco de Ecclesia, Et scriptis altercationem Ecclesie, & Synagoga ante annos trecentos, & plures Auctor quidam, cujus nomen ignoratur, qui tamen floruit tempore Caroli Magni Imperatoris, ut colligunt, qui eandem evulgaverunt.

* Synedrion,

QUID FUERIT APUD JUDEOS.

SYNEDRION Græci vocabant solemne quoddam Judæorum Concilium, quod Thalmudistæ appellabant mu-

tuata voce *Sinedrin*, compositum ex lxx. Senioribus, qui erant velut Senatores: xlii. Principibus populi, pro numero 12. tribuum Israel: xxiv. Principibus sacerdotum, qui totidem classibus eorum præerant. Ex Scribis denique nonnullis, qui erant velut Legis interpretes, quos & Prophetas nominat Josephus; et idque ultra summum Pontificem, & eos, qui ex illius voluntate adsciscerentur. Meminit illius Lucas *Ab. cap. 4. vers. 5.* & Christus *Math. 10.* Tradent, inquit, vos in Conciliis, & in Synagogis suis flagellabunt vos. Laurent. Beyerlinck in *Tractatu Synodico cap. 3.* Coriolanus in *summa Concil. Loriani in Acta Apost.*

Synodus.

Vide CONCILIUM.

Syracusanorum Duces, Reges.

Quære in Loco de Fortitudine, & in Loco de Magistratu. Tit. Magistratus Chronologicè consideratus.

Syriae Duces, Reges.

Quære ibidem.

FINIS LITTERÆ S.



THEATRI VITÆ THUMANÆ,

AUCTORE

LAURENTIO BEYERLINCK, ARCHIPRESBYTERO ANTUERPIENSI.

Littera T.

* Asterisci Titulis sive generalibus, sive secundariis, rebusve sub iisdem contentis præfixi, posterioris Auctarii sunt Indices.

A T. Littera.

CUJUS REI NOTA APUD VETERES.

AC PRIMUM, VITÆ, SALUTIS, MORTIS.



UT JUS litteræ usus multiplex apud veteres fuit, uti ex variis Scripioribus colligitur. Et primùm quidem apud Romanos nota erat suffragii Tribunorum, si quando in Senatusconsultum cum aliis Senatoribus, qui numero centum comparare debebant, conveniebant, testatur F. Bald. libro primo Instit. Titulo 11.

Fuit insuper nota vitæ, & mortis, unde olim veteris militiæ notarii apud Ethnicos, ut auctor est Bozius lib. 2. de Cruce Triumphantis; penes quos erat album, cui nomina illorum, qui militiæ nomen dederant, inscribi solebant, id curæ habebant, ut rivorum, ac mortuorum sedulam inirent rationem. Utique in promptu esset scire, quot superstites essent, quotque in bello cecidissent, in margine, atque in Capite nominis cujusque viventis militis litteram T, annotare consueverant. Ad caput verò mortui cujusque Θ Græcum scribebant. Cujus figura quasi telo per medium transfixa representatur, nempe à signo mortis, quom Θάνατος appellatur Græci. Quo circa Persius volens admonere vitium penitus in nobis extingendum, ita dicit Sat. 4. Et potis es nigrum vitio præfegere Theta. Ubi videre est Poetis hanc litteram nigram, & insaufam fuisse, ideòque & Mortualis appellata. Martialis lib. 7. ad Castricum. Nobis mortiferum quæhoris, Castrice, signum? Est opæ pretium dicere Theta novum. Cicero pro Milone vocat litteram tristitem, tum quòd lapidibus sepulchralibus insculperetur, secundum Liphium: tum quòd in Judicis calculo inscriberetur Θ, judicantes reum esse damnator.

Itaque etiam apud Judæos Θ signum, & nota erat damnationis, id est, mortis. Unde Ausonius Epigram. 130. Miselle doctor, s tibi sit observatio, Tuumque nomen Θ scilicet signet. Quo loco Scaliger commentatur, s fuisse notam suspendii: refert enim laqueum collo involutum. Θ littera condemnato-

ria, quin & in castris militem expunctum significabat, verum Epiè, & eleganter ille.

Infelix multis Theta est, mihi littera felix, Si dederim scribit, scribit & illa Sior

SALUTIS.

Cæterum Græcis pariter, ac Latinis, uti & veteribus Hebræis, littera Tau erat nota salutis, ac vitæ, & eodem modo olim scribebatur, habebatque figuram Crucis. Immo & Aegyptii Serapidis pectori Tau inscribebant, quasi signum futuræ vitæ, volunt alii Tau significare תיחיה id est vive salis verò ex quo ultima est litterarum Hebræicarum, & initialis vocis Thora, quæ legem significat; statum perfectorum, qui vita sunt digni.

CRUCIS.

Certe apud Ezechielem jubetur Angelus transire Jerusalem per medium civitatis, & omnes gementes, ac dolentes super cunctis abominationibus, signare in fronte signo Tau, omnesque percutere, qui illo signo signati non essent, ubi G Syri legunt signa Crucem, pro eo quòd nos habemus signa Tau, est namque Tau crucem representans, unde ad illum mysterium totam hanc Ezechielis visionem referunt. Et Tertull. lib. 3. advers. Marc. cap. 22. Ipsa ait, littera Græcorum Tau, nostra autem T, species Crucis.

Illud sanè hoc loco considerandum est, quòd D. Hieronymus pluribus locis asserit, Hebræos, priusquam in Babylonicam servitutem captivi abducerentur, habuisse litterarum characteres, ab his quibus hodie utuntur, forma, atque figura valde dissimiles. Habebant enim tunc adhuc, simulque cum Samaritanis eisdem characteribus utebantur, quos ab ipso Moysè H accepterant. Verum Eldras Hebræis ipsis postliminio reversis, ea potissimum ratione novos characteres dedit: ut quemadmodum divino cultu dispari, disparibusque moribus à Samaritanis vivebant; sic dissimilibus quoque in scribendo litteris, & characteribus uterentur, ab illis, qui infideles, idololatæ, & hebræici nominis hostes habebantur. Quamobrem vetustiores illi characteres diutius apud eosdem remanere Christianos, quibus adhuc usque ad S. Hieronymi tempora utebantur. Ideò restatur ipse inter characteres illos, qui apud Samaritanos ipsis etiam temporibus suis erant in usu; Tau